



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 16. Dei potentia contra potentes ostensa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

Gigantibus, alijsq; monstrib; ornari. 147

cent millia. Quæ laus, cùm homini dare-
tur, Deo & Domino exercituum data est.
Qui enim agnoscunt, vnde veniat fortitum
fortitudo, clamant: Gladius Domini, & Ge-
deonis. O quām ingrati, & quām horum
immemores sunt, qui multos audiunt præ-
claros in bello viros, & factis verè gigan-
tes, insignia facinora edidisse, neque ta-
men idcirco Deo laudes gratesq; dicunt!
Quid in paruis facient, qui neque corpo-
ra, neque facta magna nōrunt æstimare?
Aliter ille censuit, qui dixit: Dominus for-
titudo plebis sua; & alter: dedit Dominus Eccli. 46.
ip̄i Chaleb fortitudinem. Quam quia Deus 11.
dat, à Deo petere; &, si dedit, Deo in ac-
ceptis referte debemus, neque de corporis
proceritate, statura, viribusq; insolescere;
ne donis illum suis offendentes, ad iram &
vindictam prouocemus.

§. XVI.

Dei potentia, contra potentes, offensa.

Quippe etiam in his potentiam suam
facit manifestam, vt dicere debeamus: Non 1. Reg. 2.2
est fortis sicut Deus noster; coram quo, gi-
gas non salvabitur in multitudine virtutis sua.
Ita enim potens est, vt potentes deponat de Luc. 1.
sede sua, & excelsos hos possit humiliare.

L 2 Magnus

Iudic. 7.
20.

Psal. 27.8.

Eccli. 46.

11.

1. Reg. 2.2

Luc. 1.

Baruch. 3. *Magnus est, & non habet finem; excelsus & immensus: Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna scientia bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam discipline innenerunt; propterea periérunt. Demonstratū est hoc in illis, qui dixerunt:*

Gen. II. 4 *Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum. Sed divisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt edificare ciuitatem. Ex qua historia Poëta fabulam texuerunt, de terrigenis gigantibus, qui regnum cælestē affectarint, & tentarint Deos inde detrudere. Apud quos coniurati cælum rescindere fratres,*

**Virgil. I. 1
Georg.** *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossa frondosum imponere
Olympum.*

*Ter pater extructos deiecit fulmine
montes.*

Fingunt etiam, huius rei caussa, Deos omnes mutatis formis delituisse,

*Emissumq[ue] im aede Typhoea terra
Cœlitibus fecisse metum, cunctosq[ue] dedisse
Terga fuga.*

**Ouid. I. 1
Metam.** *Donec ad Phlægram
Iuppiter omnipotens missō perfregit
Olympum Fulmi-*

Gigantibus, alijsq; monstris ornari. 149

Fulmine, & excusit subiectum Pelion
Offæ;

Sepultaque sunt totis montibus dira per-
iurissimorum mortaliū corpora. Ac vt
appareret, potentes potenter tormenta
passuros, (Fortioribus enim fortior instat Sapi. 6. 9.
cruciatio)

Fama est, Enceladi semustum fulmine Virgil l. 3.
corpus Eneid.

Vrgeri mole hac: ingentemq; insuper
Ætnam

Impositam, ruptis flammam expirare
caminis;

Et fessum quoties mutat latus, intreme-
re omnem

Murmure Trinacriam, & calum subte-
xere fumo.

§. XVII.

Impij Gigantes fulminati.

Hæc quidem fabulæ, quæ docent, su-
perbos alijsque sceleribus coopertos, vel
dignos esse, qui diluvio obruantur, vt dici
possit: Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui Iob. 26. 5.
habitant cum eis: vel etiam tota terra, ad
hunc modum, in inferno sepeliendos, ubi
eos formidabilis illa sententia, Discedite à Matth.
me, maledicti, fulminabit. Quid aliud con- 25. 41.

L 3 tigit